

SPECIMEN ACADEMICUM:
DE
*STUDIO HISTORIÆ PATRIÆ
IN SCHOLIS FINLANDIÆ
COLENDO,*

CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

P. E. P.

Mag. GUSTAVUS RENVALL,
Litterat. Fennicæ Docens & Collega Scholæ Cathedr. Aboëns.

ET

RESPONDENS

EVERT UDALRICUS SYLVANDER,
Aboëns.

In Auditorio Medico die 13 Martii 1813.

M. a. m. I.

ABOË, Typis FRENCKELIANIS.

WISCONSIN

STUDIO HISTORICAL
THE SCHOOL'S HISTORY

WISCONSIN HISTORICAL SOCIETY

Mag. GUSTAVUS RENNVAAL

WISCONSIN HISTORICAL SOCIETY

WISCONSIN HISTORICAL SOCIETY

WISCONSIN HISTORICAL SOCIETY

WISCONSIN

WISCONSIN HISTORICAL SOCIETY



Inter varia studiorum genera, quibus in scholis imbui solent pueri, Historia Patriæ apud gentes & antiquiores & recentiores fere omnes eximium obtinere consuevit locum. Cui autem studio promovendo etsi haud parum fauerit ipsa illa nativa humanitas, qua memoriam majorum gratisissime colunt & lacta eorum fataque cupide perlustrant posteri pii,

”Nam pius est patriæ facta referre labor”, 1)

maximum tamen momentum, eidem tributum, inde repetendum putamus, quod Pædagogi mature omnino observant, vix ullam scientiam pueris adolescentibusque, summum humanitatis finem petentibus 2), majorem attulisse usum, quam

A

1). OVIDII Trist. II. 322.

2). Metam omnis rei Pædagogicæ & didacticæ in continuo Summæ humanitatis adsequendæ studio, pueris instillando, cum plerisque hujus scientiæ cultoribus ponentes, ne recentissimis quidem Pædagogis & Philosophis, qui intimum quid, ideale, sanctissimum, divinum in homine quæerunt, ad quod formandum, augendum, perficiendum omne tendere debet studium humanum, contrarios nos putamus. Divinum enim illud, quod homini, rationis participi, inesse jam antiqui (*Moses, Plato, Cicero* &c.) docuerunt, neque in prudentiâ quadam vivendi lucrativâ, neque in cultura morum sociali, neque externa quadam præstantia alia cernitur, sed potius in dignitate humana interna, sublimiori, in harmonia inter nos & Summum Numen sanctissimum, qualem ejus notionem nobis for-

— 2 —

quam hoc ipsum rerum patriarum studium. Commoda vero pädagogica, huic studio propria, duorum fere sunt generum, unum quod ei cum omni re historica commune est, alterum autem peculiare, ex speciali ejus derivatum indole. Bene namque docent Pädagogi, Historiam omnino inter eas esse referendam scientias elementarias, quæ sapienter cultæ, ad facultates puerorum infitas formandas & explicandas maxime sunt idoneæ, quæque ideo, usui scholastico diligenter adhibitæ, ad summam illos humanam perfectionem, quæ a rebus didacticis enasci possit, sunt evectoræ 3). Sive enim memoriam adolescentium

mare valemus, affectanda. Cui vero dignitati harmoniæve, a ratione sana dictatæ, ope autem liberi arbitrii attingendæ, qui studet, summum sanè humanitatis ornamentum ideale ille simul appetit. Bene Cel. E. M. ARNDT: "Wer vom Menschlichen spricht, der schweigt vom Göttlichen nicht. — Mir schwebt ein unendlich hohes Ideal vor Augen: ein Ideal, welches die Gesamtheit des Gemüthes und die Einheit der Menschheit und Gottheit und Welt — ein Ideal, welches die vollste Lebensvegetation, allen Glauben und alle Kraft in sich heiligte und heilig bewahrte" (v. *Fragments über Menschenbildung*. I Th. pagg. 221 & 236.): — Antiquiora scientiæ hujus principia an & quatenus huic nostro congruant, ex scriptis eruatur Pädagogorum Cel. e. c. NIEMEYER, *Grundsätze der Erzieh. und des Unterr.* edit. quinta I. Th. pag. 14. III. Th. pagg. 1—89.

- 3). "Was die Sprachlehre in dem formalen Unterrichte ist, das ist in dem materialen die Geschichte. In ihr lernen wir in das Innere der Menschheit schauen, so das wir erst dadurch ganz in den Stand gesetzt werden, den einzelnen Menschen zu verstehen, und durch die Geschichte spricht die ganze Menschenwelt zu uns, so das wir in Gemeinschaft mit der alten und neuen Zeit zugleich treten; — So wie nun die Sprachlehre am meisten in formalen Hinsicht bildet, so ist der Unterricht in der Geschichte der belehrteste unter allem Materialen, und in Verbindung mit jenem, wodurch er auch erst seine Vollkommenheit erhält, führt er

fiſum excolendam, ſive iudicium & ingenium acuendum, ſive phantaſiam expoliendam, ſive culturam intellectus quamcunque aliam formalem, ut loqui ſolemus, reſpexeris, in iis ſane promovendis haud exigua erit vis ſtudii rerum factorumque temporis præterlapſi, rite inſtituti. Præcipua vero, quæ huic ſtudio tribuenda eſt præſtantia, in eo obſervatur, quod nulla fere ſcientia tanta rerum materia, tantaque efficacia juvenes animos ad vitam honeſte, hilariter & ſapienter degendam præparet, quanta hæc ipſa hiſtoria. Quamvis enim cum quibusdam recentioribus 4) haud contendamus, omnem hominum æſtheticam, moralem & religioſam culturam ex ſolo hiſtoriæ ſtudio repetendam eſſe: idem tamen & nos efficacisſimum cenſemus adminiculum, quo vera vivendi ſapientia acquiratur, ſenſus veri, pulchri honeſtiſque exerceatur & animus puerilis ad ſublimiorem humanitatem ducatur. Cognitio enim illa interior hominis naturæ humanæ & univerſalis & ſingularis, intuitiva illa notitia ſcientiarum, artium, religionum, aliarumque & publicarum & privatarum rerum, ad culturam hominis pertinentium, variis locis & temporibus variarum, illa ſæculorum ſucceſſu probata & exemplis confirmata experientia, laudanda illa æmulatio factorum & ſingulis hominibus & civitati utilium, arctiſſima illa communio, nos cum hominibus & jam emortuis & adhuc viventibus & poſteris conjungens, illa denique animi ad Summum Numen, in fatiſ humanis dirigendis ubique conſpicuum, erectio, quæ omnia hominem quemque maxime ornant, nulla fere alia via facilius colligi

A 2

pos.

den Menſchen auf die höchſte Stufe der Bildung". v. *Erziehungslehre* von F. H. C. SCHWARZ 1808 III. Bd. Zweit. Abth. pag. 293. ſq.

4). PESTALOZZIS *Elementar-Bücher* Öſverſ. I del. pag. 35.

posunt, quam ope studii historici, ætate puerili diligenter culti 5).

Historia vero Patriæ etsi propter laudes jam allatas, summas sane, ipsique cum Historia generis humani universalis communes, usui pædagogico diligentissime quidem est commendanda, alia tamen singularia ei tribuenda sunt commoda, ex peculiari ejusdem natura & fine derivanda, quæ illam huic fere præferant. Ne enim multum inde petamus utilitatis, quod ea arctioris quidem ambitus, & ethnographicam magis fervens formam, captui puerorum sit aptior, haud parva ejus in eo observatur præstantia, quod civibus idoneis, patriæ amicissimis educandis sit faventissima 6). Bonus enim quisque civis, salutis ho-

mi-

5) Inter Auctores per plurimos, usum & finem studii historici varium fusius exponentes, optimos, qui a juvenibus consulantur, nos censemus: SCHILLER *Om Universal Historiens Studium och Andamål*, Öfvers. af BETHÉN, & SCHWERIN *Grundlinier till Staternas Hist. I. Afdeln.* pag. 1-12. — Incommoda vero hujus studii, pueris proponendi, a Cel. ROUSSEAU (vid. *Emil*, in *Allgem. Revif. des Schul- und Erziehungswesens* XII Th. pag. 483) & aliis commemorata, sapienti rerum narrandarum delectu & ordine, ætatibus variis varie aptato (qua de re infra) facile evitari & Historiam vel illis utilissimam reddi posse putamus.

6) Controversia inter Pædagogos diu agitata, utrum educatio merum respiciat hominem, qua talem, an civem aut demum cosmopolitem (ut loquuntur) in logowachiam abiit, ideoque nec hodie plane est direpta. Facile tamen patere putamus, finem humanitatis pædagogicum vix attingi posse, nisi socialitatis civitatisque simul ratio mature habeatur, sed ita, ut harmonia inter utramque vera haud negligatur, nec educatio civilis humanæ sit contraria. Cfr. *Die Erziehungswissenschaft aus dem Zwecke der Menschheit und des States* von K. H. L. PÖLITZ I Th. pag. 310. & *Revif. des Schul- und Erziehungswesens*. I. Th. pag. 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 299, 300, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 332, 333, 334, 335, 336, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348, 349, 350, 351, 352, 353, 354, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 370, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 378, 379, 380, 381, 382, 383, 384, 385, 386, 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393, 394, 395, 396, 397, 398, 399, 400, 401, 402, 403, 404, 405, 406, 407, 408, 409, 410, 411, 412, 413, 414, 415, 416, 417, 418, 419, 420, 421, 422, 423, 424, 425, 426, 427, 428, 429, 430, 431, 432, 433, 434, 435, 436, 437, 438, 439, 440, 441, 442, 443, 444, 445, 446, 447, 448, 449, 450, 451, 452, 453, 454, 455, 456, 457, 458, 459, 460, 461, 462, 463, 464, 465, 466, 467, 468, 469, 470, 471, 472, 473, 474, 475, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 482, 483, 484, 485, 486, 487, 488, 489, 490, 491, 492, 493, 494, 495, 496, 497, 498, 499, 500, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 510, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 520, 521, 522, 523, 524, 525, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 532, 533, 534, 535, 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 545, 546, 547, 548, 549, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 560, 561, 562, 563, 564, 565, 566, 567, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 575, 576, 577, 578, 579, 580, 581, 582, 583, 584, 585, 586, 587, 588, 589, 590, 591, 592, 593, 594, 595, 596, 597, 598, 599, 600, 601, 602, 603, 604, 605, 606, 607, 608, 609, 610, 611, 612, 613, 614, 615, 616, 617, 618, 619, 620, 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629, 630, 631, 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639, 640, 641, 642, 643, 644, 645, 646, 647, 648, 649, 650, 651, 652, 653, 654, 655, 656, 657, 658, 659, 660, 661, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 668, 669, 670, 671, 672, 673, 674, 675, 676, 677, 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685, 686, 687, 688, 689, 690, 691, 692, 693, 694, 695, 696, 697, 698, 699, 700, 701, 702, 703, 704, 705, 706, 707, 708, 709, 710, 711, 712, 713, 714, 715, 716, 717, 718, 719, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 730, 731, 732, 733, 734, 735, 736, 737, 738, 739, 740, 741, 742, 743, 744, 745, 746, 747, 748, 749, 750, 751, 752, 753, 754, 755, 756, 757, 758, 759, 760, 761, 762, 763, 764, 765, 766, 767, 768, 769, 770, 771, 772, 773, 774, 775, 776, 777, 778, 779, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 786, 787, 788, 789, 790, 791, 792, 793, 794, 795, 796, 797, 798, 799, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, 817, 818, 819, 820, 821, 822, 823, 824, 825, 826, 827, 828, 829, 830, 831, 832, 833, 834, 835, 836, 837, 838, 839, 840, 841, 842, 843, 844, 845, 846, 847, 848, 849, 850, 851, 852, 853, 854, 855, 856, 857, 858, 859, 860, 861, 862, 863, 864, 865, 866, 867, 868, 869, 870, 871, 872, 873, 874, 875, 876, 877, 878, 879, 880, 881, 882, 883, 884, 885, 886, 887, 888, 889, 890, 891, 892, 893, 894, 895, 896, 897, 898, 899, 900, 901, 902, 903, 904, 905, 906, 907, 908, 909, 910, 911, 912, 913, 914, 915, 916, 917, 918, 919, 920, 921, 922, 923, 924, 925, 926, 927, 928, 929, 930, 931, 932, 933, 934, 935, 936, 937, 938, 939, 940, 941, 942, 943, 944, 945, 946, 947, 948, 949, 950, 951, 952, 953, 954, 955, 956, 957, 958, 959, 960, 961, 962, 963, 964, 965, 966, 967, 968, 969, 970, 971, 972, 973, 974, 975, 976, 977, 978, 979, 980, 981, 982, 983, 984, 985, 986, 987, 988, 989, 990, 991, 992, 993, 994, 995, 996, 997, 998, 999, 1000.

— 5 —
minum, communi patriæ natorum, promovendæ studiosus, in officiis suis civilibus & humanis rite peragendis feliciter versari vix poterit, nisi cognitione sit imbutus rerum & institutorum patriæ suæ singularium, non tantum qualia hodie sunt, sed qualia quondam fuerunt, nisi que noverit, qua via ad statum hodiernum pervenerint eadem. Studium vero Historiæ Patriæ, facta & vices majorum ab antiquissimis inde temporibus referentis, & necessariam illam cognitionem ei præstabit, & animum ejus simul nationi suæ arctius confociabit. Quanta igitur cura in eo est ponenda, ut adolescentes utiles reddantur civitati, utque mens eorum tenera amore sui posterique temporis civium sincerissimo imbuatur, tanta quoque diligentia Historiam Patriam, utpote benevolum singulorum in singulos animum valde augmentem, colendam usui scholastico commendandam censemus. 7).

Quæ quidem commoda, ex studio Historiæ Patriæ profluentia, majora certe quam quæ paucis exponantur, ut alumni Scholarum vere adsequantur, scite omnino & accurate in eadem tradenda versandum est. Pædagogorum igitur permagni interest studiosissime perscrutari, quomodo hanc scientiarum didacticarum partem adolescentibus ita proponant, ut hos ad finem ejus & universalem, in ultima humanitatis meta adsequenda positum, & singularem, in bonis civibus formandis versantem, tutissime perducant. Nos enim verò, qui nostratium delectamur rebus, haud frustraneam nosmet in eo collocasse putavimus operam, ut aptissimam eruamus methodum, qua
flu.

7). De usu & methodo Historiæ patriæ, ejusque in educatione quacunque nationali utilitate cfr. *Magasin för Föräldrar och Lärare* af BROGGMAN I. Häft. 1810. pag. 31 seq.

studium Historiæ Patriæ adolescentibus nostris, maxime in Scholis publicis, optime instilletur. In qua vero re tractanda ita potissimum verendum nobis existimavimus, ut & materiam hujus Historiæ constitueremus, & formam eligendam examinaremus. Qualis autem nostra de utraque re est sententia, talem eam examini Civium benignorum in sequentibus breviter subjicere ausi sumus.

Cum heic sermo sit de Historiâ Patriâ, qualis in Scholis Finlandiæ est tractanda, Lector quidem quisque, Nationis nostræ amicus, non tam optet, quam potius jure postulet, ut nos huic usui studium Historiæ Fennicæ, adhuc injuste neglectæ, maxime commendemus. Rationes enim hoc svadentes tam sunt multæ & evidentes, ut cuique sponte se offerant: quare nec opus est, ut a nobis fusius exponantur. Fata namque gentis nostræ antiquissimæ, quondam numerosissimæ, temporum percussæ fluctibus, sed vel hodie, valde licet imminutæ, florecentis varia perlustranda vel extraneum & quidem quemvis haud parum delectabunt: nobis vero, qui terram a Majoribus non relictam tantum, sed cultam etiam exornatamque inhabitamus, qui religione, scientiis, artibus, institutis, culturaque ingenii & animi benefica, ab avis atavisque hereditario jure accepta gaudemus, nobis certe nihil est decentius & ornatius, nihil jucundius & magis necessarium, quam res eorum & fata, jam tristia & dolenda, jam

- 8). "Må vara att det ock sêlas Finlands Historia ett betydande politiskt interesse: den blir dock interessant genom framställningen af dess ursprung och de framsteg, som kulturen har gjort ibland ett tatrikt till själ och hjerta förträsligt folk. &c. &c." v. Finland och dess Invånare af Rûns Öfvers. 1 Del, pag. 3.

jam propicia & lætabilia, gratisima revolvete memoria, & facta eorum vicesque pie pendere. Neque tamen usus ex hoc studio promanans nos fallat. Historia enim nostratum, politicis licet mutationibus rebusque gestis parum abundans, & heroibus victoriosis minus insignis, virtutibus tamen domesticis & exemplis laudandis, nec non vicissitudinibus & rebus variis est utilisima. Vel an vita hodie frui vere jucunda, an gratias Majoribus debitas, maximas, juxta habere & officia hodie viventibus posterisque præstanda lubenter peragere, an præstantiam rerum nostrarum hodiernam recte perspicere, an saluti Civium, ut debemus, studere & munera nostra publica & privata cupide colere poterimus, si Historiæ Fennorum sumus ignari, & originis, statuum progressuumque gentis nostræ variorum notitia destituimur, si ignoramus modum, mutationes & molestias, quibus obnoxii majores nostri terram Fennicam ex deserto vastissimo in loca amoenissima excoluerunt, & religionem, instituta, culturamque omnigenam ad fastigium, quod hodie tenent, perduxerunt? Pia de cetero & grati haud immemor animi quæque gens cum res patrum avide percontari soleat, nec nos quidem decet, Historiam avorum, ne in pueris quidem erudiendis, quorum memoriæ & animo gentis patriæ fata factaque mature omnino haud frustra instillabuntur, diutius negligere.

Quamvis vero Historia Fennica Scholaribus nostris maxime est commendanda, facile tamen liquet, eandem, nisi ex Historiis gentium exterarum, nobis vicinarum, suppleatur, mancam omnino fore & non sufficientem, cui soli adhæreant juvenes rerum patriarum studiosi. Quod namque ad tempora jam præterlapsa attinet, summe quidem necessarium nos ducimus, ut Historia Regni Svecici cum

cum Fennica fideliter conjungatur. Svadet vero hoc non
 gratus tantum animus, quo illum populum, omnis fere
 culturæ nostræ hodiernæ auctorem, maximeque Principes
 ejus gloriosissimos & viros per plurimos, de rebus nostris
 meritissimos, venerandos, æternum colere nostratum est,
 sed ipsa etiam indoles rerum nostrarum historica, quæ
 explicatione ex Historia Svecorum petita diligentiori ca-
 rere vix potest. Gentis enim nostræ cum ea fuerit con-
 ditio, ut omni fere memoria imperio Svecano eslet sub-
 jecta, neque fata nostratum facile percipi, nec vere ex-
 plicari poterint, nisi interna horum ratio ex conjunctis
 utriusque gentis fatis exponatur. Adolescentes igitur
 in caulæ rerum inquirentes, & pueri factis solis libentius
 adhærentes, quo veram nationis nostræ notionem histo-
 ricam sibi formare possint, ita nobis ducendi videntur,
 ut mutuam inter Historiam nostratum & Svecorum ne-
 xum ubique probe observare & veram rerum nostrarum
 indolem ex historia horum perspicere discant. Quod ve-
 ro ut utile fiat, tota quidem & continua rerum Sveca-
 narum narratio in Historiam nostram patriam necesse est
 excipiatur.

Cui vero ita connexæ Historiæ, nobis patriæ, æquo
 jure addenda videtur illa gentis potentissimæ Russicæ.
 Ut enim taceamus communionem, quæ temporibus & an-
 tiquioribus & recentioribus interfuit inter Fennos Russos-
 que nostratum accolæ, quæque fata nostra cum rebus ho-
 rum haud raro copulavit, quam autem neglecta horum
 historia vix exponere valebimus, alia ex hodierno rerum
 nostrarum statu exoritur eaque præcipua ratio, quæ co-
 gnitionem ejusdem diligentiore nobis, maxime adole-
 scentibus reddit summè necessariam. Imperio namque
 hujus populi victoriosissimi cum jam sumus subiecti, &
 res

res nostratium cum rebus illius arctius conjunctæ, haud quidem cunctari nos oportet, quin populûm hunc ejusque non solum instituta, culturam ceteraque hodierna curatius pernoſcere, ſed res quoque ejus geſtas fataque a prima inde memoria repetere ſtudeamus. In qua autem re efficienda adoleſcentes ex mente noſtra ſic optime erunt verſaturi, ut Hiſtoriam Ruſorum ubique cum Fennica componant & progreſſus gentis utriusque diverſis ævis inter ſe comparent. Quibus ſi addimus vim illam haud negligendam, quam hæc ita conſociata hiſtoria in harmonia, amicitia & commercio mutuo inter Fennoſ Ruſoſque efficiendo eſt præbitura, omnes quidem adſunt rationes, cur fata hujus gentis in Hiſtoria patria a pueris juvenibuſque noſtratium tractentur.

Quæ ex reliquarum gentium exterarum (e. c. Danorum, Polonorum, Tatarorum &c.) rebus Hiſtoriam noſtram patriam neceſſe eſt ingrediantur, ea ſuis locis obiter magis inferenda; fata vero nationum ejuſdem nobiscum originis aliarum (Ingrorum, Eſtonum, &c.) cum Fennorum rebus apte conjungenda putamus.

Sic vero deſcripta materia, ex qua Hiſtoriam Patriæ, juventuti Fennicæ proponendam, nos componendam cenſemus, forte quis nobis objiciet, nos limites hujus ſcientiæ nimis dilatate & potius Hiſtoriam Septentrionis, quam gentis domesticæ commendate, itaque variam magis & implicatam hujus hiſtoriæ faciem reddidiſte, quam quæ adoleſcentulorum memoria condatur, aut ab his bene percipiatur. Hæc igitur incommoda quomodo ſcitorum afferendarum delectu & prudenti harum diſpoſitione ſint evitanda, & unitas in rebus variarum gentium exponendis ſervanda, breviter age excutiamus.

Ad materiam igitur Historiæ nostræ eligendam quod ulterius attinet, usus quidem pædagogicus ejusque finis, in fronte opusculi nostri laudatus, est respiciendus. Cui autem usui ut bene consulatur, regulæ quidem sunt eruendæ, ad quas res afferendæ conformentur. Quæ jam regulæ heic observandæ aliæ fere nobis haud videntur, quam quæ in Historia universali contexenda commendari solent a præceptoribus hujus scientiæ optimis 9). Quod enim hujus Historiæ auctores recentiores de toto loquuntur genere humano ejusque ad verum humanitatis finem ratione, temporum successu vel promotæ vel retardatæ, historice enarranda, idem de nationis nostræ patriæ fati afferendis valet. Utque igitur illi non singulis singularum gentium rebus exponendis adhærere, nec omnia universalium nationum fata, si vel nota illis essent, referre, sed totius generis nostri imaginem potius proponere, ejus vicissitudines vel hodie insignes proferre, eaque præcipue ex singulorum populorum, civitatum & hominum factis & mutationibus, quæ in res & statum mundi hodiernum vim & effectum conspicuum variis locis & temporibus prodiderunt, depingere conantur; ita in Historia patriæ, Fennis propriæ, qualis ejus idea nobis obversatur, eâ ex hi-

9). Videbis SCHILLER I. c. pag. 29. SCHWERIN I. c. pgg. 11, 16, 17. *Specim. de optima Historiam Univers. proponendi methodo*, Abœ 1806 Præf. FRANZÉN Resp. J. LINDSTRÖM. "Die Menschheit ist es, welche die Geschichte darstellen soll; diese lerne man daraus kennen. -- Ist der Zweck dieses Unterrichtes nun, den Zustand der Menschheit, wie er vordem bis jetzt war, und die Ursachen und Wirkungen desselben kennen zu lernen, so gibt dieser Zweck die Gegenstände deutlich an, welche darin aufzunehmen sind, nämlich alles, wodurch die Menschen glücklicher oder unglücklicher geworden sind". v. *Methodik des öff. Unterrichtes in Bürger und Landschulen* von F. FRICKE II. Th. pgg. 652. & 654.

historicis gentium septentrionalium thesauris eligenda sunt res, eaque commemoranda facta, quæ res civiles, instituta, religiones, opiniones, mores, scientias, artes, leges, commercia (ex quibus characteres humanitatis nationalis optime petuntur) harum gentium, maxime nostratium tetigerunt, culturamque earum universam incepterunt, auxerunt, promoverunt, impediverunt, retardarunt, repulerunt, restituerunt, ex una ætate ad alteram transtulerunt & denique ad illum, quem hodie tenent, gradum evexerunt. In quibus vero afferendis ita progrediendum, ut & origo, causa, progressus mutuusque nexus rerum, & vis effectusque factorum, vel hodie valens, ubique eluceat, quo sic de vero gentium nostrarum ad humanum & civilem cultum successu vel aucto vel imminuto pro quoque tempore judicari possit. 10).

Nationum vero fortuna ex paucis vel ex uno quidem homine haud raro pendere solet, & hæc singulorum hominum historica cognitio haud minus necessaria est adolescentibus, quam universa ipsius nationis notitia. Ut igitur simul appareat, quid cuique homini, in hac historiae scena conspicuo debeatur, nomina Principum aliorum-

B 2

que

-
- 10). "Zu dem Gange des ganzen Unterrichts gehört das eigne Urtheil des Schülers über die Triebfedern. Er muß erweckt werden, um so die Handlungen hin und wieder zu entziffern, auf ähnliche Art, wie man ihn in der Sprachlehre etymologisiren läßt". SCHWARZ I. c. p. 292. Quibus tamen & explicationis & restrictionis causa addenda sunt: "I barndomen vill man ingenting annat veta än hvad: hvarföre, blir en annan ålder, som frågar: Ynglingen börjar att tänka; som barn har han väl fattat händelserna; men nu vill han se deras sammanhang, orsaker, följdér; detta blir honom lätt, ty det förra vardt småningom undångjordt & f. p." v. *Vitt. Hist. och Ant. Acad. Handl. IX Del, Intrådes Tal af C. DAHL*, pag. 346.

que virorum insignium adnotentur, & cujusque ingenium, facta fataque memoria digna, maxime quæ nationem tangant, aut ad humanitatem ejus moresque æstimandos conferant, breviter indicentur. Quibus observatis cautionibus, neque nudis nominum catalogis & annorum numeris chronologicis, memoriæ puerorum obtrudendis, relationibus nugatoriis & incertis hypothefibus, quas, si ulius, doctorum tantum virorum nosse interest, aliarumque rerum fucilium mole adolescentes obruemus, nec tamen in solis fragmentis historicis acquiescemus.

Alia autem præterea in hac Historia connectenda adhibenda est cautio, ipsam internam inter res Fennorum & Rusforum Svecorumque afferendas tangens rationem. Quæ vero ita optime nobis servari videtur, ut Historia quidem nostratium maximam occupet narrationis partem, vel tamen copiosius exponatur; ex Historia vero gentium ceterarum ea præcipue eligantur & fusius explicentur facta, quæ cum gestis Fennorum propiorem habuerunt nexum, quæque in fatis nostris mutandis dirigendisque insignius valuerunt. Ne autem disjecta (fragmentariam appellant) fiat & obscura Historia Rusforum Svecorumque ita relata, cetera quoque horum facta memorabilia, continua quidem serie, sed brevius, locis convenientibus inferantur. Methodus vero narrandi ethnographica etsi a pueris facilius capiatur, in Historia tamen gentium nostrarum, adolescentibus quidem proponenda, cujus & arctior est ambitus & evidentior cohærentia, eam adeo non putamus necessariam, ut potius syntheticam illam ei fere præferamus, quo internus factorum ubique appareat nexus & rerum exterarum in nostras vis conspicua reddatur. Sic enim ab origine cujusque harum trium nationum septentrionalium ad nostra usque tempora apto ordine pro-

cedentes 11), Historiam quidem Fennorum tironi referimus, ideam vero Historiæ Rusficæ & Svecanæ continuam eidem simul præbemus, & systema tamen, in quavis scientia vel puerili ætati tradenda servandum 12), probe retinemus.

Veram autem eventuum & synchronisticam & chronologicam seriem, sine qua omnis cognitio historica non est nisi rudis & indigesta moles, ut rite perspicere assevescant discipuli, in iis quidem disponendis ea adhibenda est cura, ut loca quibusque factis propria sollicite indicentur

11). Per se patet, eam de cetero temporum rationem esse habendam, ut in rebus ævi recentioris, quæ cum hodiernis arctius coherent, simus verbosiores, remotiorum autem ætatum facta brevius depingamus. "Da unser gegenwärtiger Zustand sich aus dem zunächst vorher gegangenen entwickelt, so ist uns immer die Lage derjenigen Zeiten, die uns näher liegen, wichtiger, und die frühern verdienen immer weniger Ausführlichkeit bei ihrer Darstellung, je entfernter sie von uns sind, --- Kurz, aber in ihrer Art vollständig sey die Darstellung der Menschheit älterer Zeit; sie werde aber immer genauer, mehr ins Einzelne gehend; so wie sie sich unserer Zeit nähert. FRICKE I, c. pag. 655.

12). His tamen haud urgemus, idem in tironibus instituendis ubique servandum esse scientiarum systema, quod in scholis valere solet eruditorum. Ætas enim quæque varia variam requirit rerum didacticarum & materiam & formam, apte eligendam & tractandam. Vel in puerulis erudiendis eam pædagogus sapiens observat unitatem & constantiam, ut ad naturam discientium excolendam se conformet, vires eorum nativas ratione harmonica exerceat, & quod enique loco aptum sit, proponat. Hæc respexisse videtur ARNDT (l. c. p. 254): "jeder Mensch, auch der trefflichste und menschlichste, wird nur schlechte Arbeit mit Knaben machen, sobald er sich ein System bauet, und nicht, wie ein aufmerkamer Jünger der Natur laufet, und nicht lieber rechtes Stückwerk bei dem Unterricht will" - -

centur & ad nomina hodierna, ex Geographia vel prævia, vel e mappis geographicis jam diligenter demonstranda, referantur; tempora vero non tam chronologico ordine ubique stricte servato & annorum numeris adsignatis, quam parallelorum potius & succedentium eventuum mutua collatione, memoriæ eorum, ope tabularum synchronistarum, accurate infigantur. Nec in studio hocce pueris faciliori reddendo parum profuturum putamus, si ambitus Historiæ in majora dividatur temporum intervalla, circa viros insigniores & mutationes civitatum memorabiliore melius, quam certis annis & sæculis definita 13). Qvales vero præclaras res cum Historia Rusorum & Svecorum præstet vel nostra memoria dignas, epochas quidem nobis commodas ex illorum potissimum fati politicis cum horum casibus conciliatis determinandas esse judicamus. Nobis igitur si permitterent fata, Historiæ hujusmodi scholasticæ edere specimen, his quidem periodis nos lubentes uteremur, illisque res nationis Fennicæ locis opportunis adjungeremus.

Periodus prima referat originem gentium septentrionalium, earumque fata & res gestas usque ad Christianam Religionem in Russia a WOŁODIMIRO Magno, in Svecia ab OLAVO Skōtkonung publicatam (circa annum p. Chr. n. 1000).

Se-

13). Methodus epochas periodosque ex tabulis pictis & statuis erectis disponendi & menti puerorum infigendi, quam ex institutione Græcorum historica deductam commendat DAHL (l. c. pag 344. sq.) ingeniosa quidem est, sed inter nostrates, qui apparatu caremus necessario, vix imitanda. De modo autem, quo cognitio eventuum historicorum geographica & chronologica memoriæ discipulorum optime mandetur, consulas SCHWERIN l. c. pagg. 17-39.

Secunda res contineat Rusforum in principatus minores divisorum, ad invasionem Tatarorum (Mogolorum), Svecorum autem, temporibus Regum ex STENKILLO, SVERKERO & ERICO ortorum (sæcula fere duo cum dimidio).

Tertia fata exponat Rusforum, jugo Tatarico oppressorum, & Svecorum imperio familiæ Folkungorum parentium (sæcula duo).

Quarta per tempora unionis Calmariensis in Sveciâ, & Rusfiâ a potestate Tatarorum liberatæ, ad exitum familiæ imperantis RURICÆ masculæ procedat (sæculum fere unum).

Quinta ævum GUSTAVI I ejusque filiorum in Sveciâ, & motus Rusforum a BORISO GODUNOW ad MICHAËLEM ROMANOW depingat (vix unum sæculum).

Sexta inde ad Imperatorem PETRUM Magnum Rusfiæ & Regem CAROLUM XII Sveciæ progrediatur (unum fere sæculum).

Septima hinc ad Fenniam a Sveciâ divisam Rusfiæque subjectam procedat (unum fere sæculum).

Quis specialis singularum harum periodorum fuerit character & quibus in quaque hominibus, fatis rebusque animus discentium præcipue sit attendendus, heic exponere non vacat. Primæ tantum nostræ periodi narrandæ seriem, periculi instar, addere liceat.

Initium hujus periodi, & proinde totius Historiæ patriæ a gente Fennica jure est capesendum. Prima igitur hujus latissime diffusæ gentis domicilia exponantur, quæ
ten-

temporibus jam ante æram Christianam, loca inhabitasse videtur hæc septentrionalia, a mari forte Caspio, per Russiam, Fenniam, Sveciam & Norvegiam hodiernam usque ad Daniam (Jutland), in diversas licet nationes minores & linguæ quadam differentia & locorum distantia divisa, (Joti vel Jutæ & Fenni proprie in Svecia & Norvegia, Lappi in Fennia, Suomalaïset, Wirolaïset, Watialaïset, Karjalaïset, Tschudi (Estones?) in Russia occidentali, Permii, Tischeremissi, Morduani, Votjaki, Tschuvafchi, Voguli, Ostiaki, Ungri, Baschkiri 14) in Russia orientali. Omisfis ceteris, ad Fennos, quos hodie appellamus (Suomalaïset, Håmålåïset, Kainulaïset, Karjalaïset) redeatur, eorumque diversis temporibus (ævo forte Slavorum advenientium & loca septentrionalia occupantium) in Fenniam nostram immigrationes, religio, mores, vitæ genus &c. depingantur. Hinc ad Fennos Sveciæ (Joter) abeundum, eorumque regnum civile, tempore quidem GYLFONIS indicandum. Unde aptus nobis patet transgressus ad OTHINUM Gothosque, qui a vicinia Ponti Euxini exeuntes, ad oras maris Baltici demigrarunt, ibi a lacu inde Ilmen, per Livoniam, Borussia, Germaniam septentrionalem, Bataviam, Daniam &c. confederunt, & coloniam tandem, duce SIGGONE Fridulfide (OTHINO) in Sveciam, regnante GYLFONE, emiserunt: quæ colonia priscis hujus terræ incolis (Joter l. Finnar) sibi aut confociatis aut subjectis, imperium ibi condidit magis magisque septen-

14). Has omnes nationes ad stirpem refert Fennicam Cel. PORTHAN (*Annotatt. ad Juusteni Chronic. Episc. Finl. pagg. 17 - 85*). SCHWERIN autem (l. c. pag. 203 sq.) Ungros (Magyarer) ad gentes Asiæ occidentales (Vestra Hög-Asiater l. Turkiska Stammar) pertinere, alii alios a nostra stirpe sejungendos esse haud sine ratione contendunt.

septentrionem versus accrescens. Horum jam Sveco-Gothorum religio, regiminis forma hierarchica, vitæ genus, divisi, ab **INGIALDO** vero in unum conjuncti principatus minores (**Fylken**) tempore **Ynglingorum** explicentur & deinde ad familiam **IVARI** ejusque amplissimam, post **RANDVERUM** divisam Dynastiam procedatur. — Ex memoria prædonum celebrium (**Vikingar**), oras non solum maris Baltici, sed Europam fere totam occidentalem nomine **Norrmänner**) & orientalem (**Vareger**) infestantium, occasio patet commoda ad Gothos orientales (**Varegos Russicos**) indeque ad Historiam Rusforum, hoc primum ævo insignium, transeundi. Mentione igitur facta imperiorum **Gardarike**, l. **Chorodorik**, **Holmgården** l. **Cholmogorod** &c. procedatur ad Slavos (**Sarmatas**), a meridie septentrionem versus migrantes, Fennorum aborigines partim sibi subjicientes, partim abigentes, bella cum **Varegis Tschudisque** gerentes, regnaque passim (**Kiew**, **Novgorod** &c.), a **Varegis** deinde occupata, exstruentes. Unio denique inter **Varegos** & **Slavos** inita, regnum **RURICI** & ejus posterorum, **Novgardia Kioviam** translatum, usque ad **VOLODIMIRUM**, nec non **Rusforum** (**Varego Slavorum**) mores, regimen, religio &c. exponantur.

Restat jam, ut ulteriora tradamus præcepta, in **Historia** nostratium, **Scholarum** usui apta, conscribenda & adhibenda necessaria, qualia sunt de stilo historico & narrandi genere simplici, brevi, solido, pragmatico, vivido & familiarissimo: de sapienti **enchiridiorum** historicorum usu, **schematis** loco necessariorum 15), a præceptore an-

C

te

15). Plurimi quidem sunt **Pædagogi**, qui institutionem **Historicam**, abjectis plane **enchiridiis**, voce viva pueris tribuendam statuunt (**FRICKE** l. c. p. 610. **SCHWERIN** l. c. p. 16. **DAHL** l. c. p. 345.

te lectiones puerorum recitandas explicandorum & sup-
plendorum: de cursibus, ut loquuntur Pædagogi, historicis
variis, ad varietatem ætatis discentium aptandis, ita ut
pueri magis ad ipsa nomina & facta, geographice & chro-
nologice sensim aucta & disposita recipienda, provectio-
res vero ad causas & nexum rerum observandum ducan-
tur, & quæ sint cetera. Quæ tamen præcepta, ad nostram
quidem rem pertinentia, cum plura sint & fustiora, quam
quæ a nobis heic plene exhauriri possint, & de cetero
historicam docendi methodum universam magis, quam
partem hancce nostram specialem tangant, ideoque a
Pædagogis per plurimos ad unguem fere jam sint explicata,
ea hoc loco indicasse tantum nobis liceat.

&c.). Nos vero etsi facile concedimus, compendia historica in-
commodis haud paucis esse obnoxia, eadem tamen in hac ut in
alia quacunque scientia, tironibus tradenda, maxime in scholis
nostris publicis, quales hodie sunt, multitudine alumnorum varii
ingenii & conditionis obrutæ, necessaria putamus, ut quædam &
præceptori & discipulis adsit norma seu exemplar, cui adhæreant
& ad quod præcepta ulteriora referant. Quæ autem compendia
ad captum & annos discentium varios varie sunt formanda.